Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26488
Copyright: Admont, Benediktinerstift

modus sed voluntate et actu. Duobus namque modus finalis dicitur substantiae et adiectiue: ipsa corruptio et priuatio boni. quae sit in anima non solum mala est. si etiam ipsum malum est. i. malicia. aut in iustitia et similia. Actio dicitur mala non quia sit ipsum malum. si mali exhibitio.

Qd sint modi peccandi

Quibus modis peccatum fiat. Vnoquisque modus peccatum committitur ait dicit ysidorus. cupiditate et timore. Cupiditate quisque id uult adipisci quod cupit et timet ne uenire ad meritum. Et peccat homo inde in deum et proximum. Illud quod fit in deum. dicitur delictum. ut puta in indigna participatio sacramentorum. quae peccata dicuntur fieri in deum. quinimo maior et temptus dei fit. Alia quae fiunt in nos et in proximum non delicta sed peccata dicuntur. delictum quoque appellatur. quid relinquimus facere quibus prohibemur. Peccatum qui facimus quod prohibemur. et cum indifferenter alterum altero ponitur. Et gg dicit. Vii. sunt uitia capitalia et principalia id est superbia. inuidia. ira. accidia tristitia. auaritia. Gula. luxuria deinde quasi ab. fontibus omnis animarum corruptiones emanant. Haec dicuntur haec capitalia quia maiora sint alius. cum alia aequa magna. et maiora si capitalia. ex quibus oriuntur oia mala. Nullum est. i. quod a nullo horum sit exortum. Superbia est amor proprie excellentiae. nec uitium est quod excellere amamus si quid illud quod bonum est. sed excellentia participatione. usurpare nobis otendamus. quasi singuli possessione. et sunt. iii. species superbiae. ut gg dicit. Prima est cum homo bonum quod habet sibi attribuit. sed a cum credit ab eo esse datum. si cum plus meritis. Tertia cum se iactat habere quod non habet. Quarta cum ceteris despectis. singularem uult uideri. Nouissima species uitiosus proximat diabolo quia pangulus esse uolunt. Ex superbia primo loco nascitur inuidia. quae est odium alienae felicitatis. Cum. i. superbus uidet proximum uideo de bono aequale id est pro exaltatum. incipit inuidere illi. unde exoriuntur iniuria adura erga proximum. Ira est interna doloris impatientia. Ista tria omni interiori bono hominem spoliant. ita enim sunt diligenda. Si proximus. nos ipsi superbia tollit dum. inuidia proximum. ira se ipsum. de inde sequitur accidia quae est animi offusio siue interna tristitia. et qui mens humana sui aliquo gaudio uiuere non potest amisso interiori euagatur ad exteriora. quae fit auaritia. quae est immoderatus amor habendi. et cum ita delectatur exteriorib; plus delectatur uitio quod est proximum naturae. sed gula quae est immoderatus amor edendi. inde luxuria quae est libidinose uoluptatis appetitus.

Superbiae subponuntur ceteri. non quod deillis praedicetur. si post

vii vitia principalia.